

ALBER³
TI MAGNI PHI-
LOSOPHI CLARIS.

*simi in primum librum su-
um de mineralibus & re-
bus metallicis*

PRAEFATIO.

E COMMISTI-
one & coagulatione, simi
liter & congelatione &
liquefactione & ceteris
huiusmodi passionibus in libro me-
theorum iam dictum est, in qui-
bus autem isti effectus prius appa-
rent apud res naturae, lapidum ge-
nera sunt & metallorum & ea quæ
media sunt inter hæc, sicut marcha-
sita & alumen & quedam alia talia.

A 2 Et

DE REBUS METAL.

Et quia illa prima sunt inter compvisa secundum naturam ex elemētis, utpote ante complexionata existentia quam animata sunt, ideo de his proximè post scientiam metheorum dicendum occurret, parum enim videtur abundare ultra compositionem simplicem elemotorum. De his autem libros Aristō. non vidi nisi excerptos per partes. Et hæc quæ tradidit Anicenna de his in tertio, capit. i. sui libri quem fecit de his non sufficiunt. Primum ergo de lapidibus & posteā de metallicis, & ultimo de medys inter ea faciemus inquisitionem, lapidum quippe generatio facilior est & magis manifesta quam metallorum. Coartabimus autem sermonem nostrum eo quod multorum dicendorum hic causæ iam in libro metheorum determinatae sunt. In genere autem de lapidibus tractantes inquiremus in genere

LIBER I. 5

genere materiam lapidum & proprium efficiens eorum proximum, & locum generationis. Deinde modum commixtionis lapidum, & causam diversitatis coloris eorum & aliorum accidentium quae inueniuntur in ipsis sicut est duricies major & minor dolabilitas & indolabilitas, porositas & constrictio, granitas & tenuitas & cetera huiusmodi. In quibus lapides non solum specie & numero, sed etiam in genere videntur non paruam habere diuersitatem. Sunt autem quidam maxime auctoritatis in philosophia viri, qui non de omnibus sed de quibusdam lapidum generibus tractatum facientes sufficientem se dicunt de lapidibus fecisse mentionem, quales sunt Hermes, Euates, rex Arabū, Dioscorides, Aaron & Ioseph, qui de lapidibus tantum preciosis tractantes, non de genere lapidum tra-

A 3 Et aue-

6 DE REBUS METAL.

Et auerunt. Minus autem sufficientē noticiam tradidit Plinius in histo-
ria naturali non sapienter caussas la-
pidum in communi assignans: neq;
oportet nos omnium horum induce-
re sententiam eo quod scientia rei nō
adeo est occulta quod ipsam ex plu-
rimorum erroribus nos colligere o-
porteat. Sufficienter autem satis sci-
entur naturae lapidum & comple-
xiones quando propria scientur eo-
rum materia & efficiēs proximum
& forma & accidentia propria eo-
rum secundū prætaxatam in quar-
to metheororum inquisitionem. Nō
enim hic intendimus ostendere qua-
liter aliquod istorum transmutetur
in alterum, aut qualiter per antido-
tum medicinæ eius quam elixir vo-
cant Alchimici curantur ægritu-
dines eorum, aut occulta eorum
manifestantur aut è conuerso co-
rum

LIBER I. 7

rum manifesta detegantur, sed potius commixtiones eorum ex elementis ostendere, & qualiter unumquodque in propria specie constituantur. Propter quod non curamus inquirere differentiam lapidis & spiritus sive animae & corporis sive substantiae & accidentis de quibus inquirunt Achimici, lapidem vocantes omne illud quod non evaporat in igne & idem vocant corpus & substantiam. Id autem quod evaporat in igne sicut sulphur & argentum vivum & ex quibus diuersorum colorum fiunt, ea que vacantur lapides vocant spiritus & animam & accidens, alterius enim scientie est inquirere de his quae occultis valde fulciuntur rationibus & instrumentis.

Modum autem quem in singulis habuimus etiam hic tenebimus dividendo per libros aliquos

A 4 & Opus-

8 DE REBUS METAL.

& plures tractatus & multa cap-
putula totum opus. Cum au-
tem in multis de particularibus hic
fiat tractatus, oportet nos prius ex
signis & effectibus cognoscere natu-
ras istorum, & ex illis deuenire in
causas eorum & compositiones, eo
quod signa & effectus nobis sunt ma-
gis manifesta, in uniuersalium au-
tem natura, de quibus in omnibus
prehabitis libris, fecimus mentio-
nem erat procedendum econuer-
so, à causa videlicet ad effectus &
ad virtutes & signa, eo quod in ta-
libus communia & confusa sunt ma-
gis, & quo ad nos manifesta, sicut
in primo physicorum est determina-
rum. Ordinem verò huius libri ad
sequentes de natura libros satis ostē-
dimus in fine nostri libri metheoro-
rum ubi dicimus de quibus prius &
de quibus posterius erit dicendum.
Cum enim lapidum & metallorum
gene-

LIBER I.

9

genera sint omniomera plus quam
plantæ, in quibus inuenitur diuersi-
tas partium quæ sunt radix, & fo-
lium, & flos, & fructus, omniomera
autem sunt per naturam ante ano-
miomera, ideo prius erit tractan-
dum de lapidibus & ceteris mi-
neralibus quam de corpo-
ribus animatis.

A. S. De

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
vñcyp uia tñmñmñm. xix. 10500
- pñmñ mñmñmñm. uia. 10500
- dñmñ mñmñmñm. uia. 10500

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

LIBER L.
De materia lapidum.
Capit. I.

Incipientes tractare de lapidum
natura in genere dicimus omnis
lapidis materia esse aut speciem
cuiusdam terra aut speciem quādam
aque. Vincit enim in lapidibus alte-
rum istorum elementorum, & in his
etiam in quibus quādā species aquae
dominari videntur, est etiam aliqd
terre simul dominans. Huius aut si-
gnum est ferè omnium lapidum ge-
nera mergi sub aqua quæ abundare
in terræ materia diximus in libris
de cœlo & mundo. Si enim essent do-
minantia in eis superiora elementa
proculdubio natarēt super aquam,
nunc autem nullum genus lapidum
natat nisi sit spongiosum vel adu-
stū & per adustionē spongiosum &
porosum factū, sicut pumex & lapis
quē euomunt thermae, vel ignis Vul-

cani

12. DE REBUS METAL.

cani qui etiam si in puluerem redigatur puluis ipse sub aqua mergitur. Adhuc autem si in lapidibus perspicuis cum aqua non esset terrestre terminatum humidi admisum non mergeretur sub aqua sicut Christallop & Berillus, sicut non mergitur glacies & cetera in quibus pura vel superabundans est aqua. Adhuc autem lapides omnes qui generantur in renibus & vesicis animalium, generantur ex viscosa grossa & terrestri humiditate. Oportet igitur quod talis sit materia lapidum. Specialiter autem loquentes de his lapidibus in quibus materia est terra facilè patere potest quod in his non solum terra est materia, illa enim non continuaretur ad soliditatem lapidis. Dicimus enim quod causa continuationis & coniunctionis est humidus, hoc enim sua subtilitate alia parte terre facit flumen ad aliam, et hoc est causa bona permissionis.

LIBER I.

missionis partium materie. Si au-
tem viisque & hoc humidum non
bene ubique partibus terrestribus
infusum nec esset retentuum & in
coagulatione lapidis evaporaret, tunc
remaneret puluis terrae non conti-
nuus, & propter hoc oportet quod
sit viscosum & glutinosum uta quod
partes eius cum terrestribus conia-
ceant sicut ham i catenarum. Tunc
siccum terrestre retinet humidum,
& humidum aqueum existens in-
tra siccum facit continuationem.
Et hoc restatur Anicenna cum di-
cit quod terra pura lapis non fit, quia
continuationem terra non facit sua
siccitate sed potius comminatione,
vincens enim in ea siccitas non per-
mittit fieri conglutinationem. Ratio-
nem dicit idem philosophus, quod a-
liquoties desiccatur lutum & sit me-
dium inter lapidem et lutum & dein-
de in spacio temporis fit lapis. Dicit

A 7 iterum.

14 DE REBUS METAL.

iterum quod lutum aptius ad hoc q̄
transmutetur in lapide est unctuo-
sum, qđ enim tale non est comminu-
tium sive cōminuibile in puluerem
est propter facilē humiditatis sep-
rabilitatem ab eodem. Signum autē
huius est quod in lapidibus ipsis fre-
quenter remanent venæ terra, & est
terra dura sicca quæ cum compri-
mitur vel cōtūditur fit puluis. Cuius
causa alia non est nisi quia humidi-
tas eius non satis unctuosa et viscosa
enaporavit ab ea in lapidis coagula-
tione, & ideo remansit terra dura
cōminuibilis propter virtutem coa-
gulationis lapidis circumstantis. Est
aut̄ et aliud huius signum quia cum
lapides non continui generantur, sed
per modum afferum ita quod unus
generatur super alium non continuè
unietur in interposita talis terra cō-
minutionem patiēt in compressione
vel concussione, & est dura, cuius
causa

LIBER I.

15

causa est quā supra diximus. Quod aut̄ humiditas viscosa & unctuosa sit quae est continuativa materia lapidis, significatur ex hoc, q̄ animalia que testudines vocantur frequentissimē cum suis conchis generantur in lapidibus, & hoc frequentissimum est in lapidibus qui inueniuntur paruis quibus plurima foramina sunt habētia figuræ concharū testudinum, quas quidā lunares appellant. Causa enim huius est humiditas quæ ad locum illum euaporavit, & à circunstante retenta in se cōvoluta est & exterius primum constans intra se circumacta intra se spiritum vitale accepit, sicut diximus in quarto metheorum. Hec igitur in communi est materia lapidum eorum qui non perspicui nec scintillares sunt, diuerificantur autem in diuersis sicut in sequentibus apparebit.

Da

16. DE REBUS METAL.

De perspicuitate la-
pidum.

CAPVT 2.

Lapidum qui perspicui sunt se-
cundum plus & minus, sicut
sunt illi qui gemmae vocatur,
ut in communi dici potest, est aqua
non pura materia communis. Illi e-
num lapides sunt quaedam vitra per
naturae opus producta, propter quod
etiam subtiliores in commissione &
clarioris sunt perspicuitatis quam
vitra artis, quia ars licet imitetur
naturam tamen ad plenum opus na-
turae attingere non potest. Signum
autem eius quod diximus est quod
videlicet aqua passa à sicco calido
vel frigido ut sit materia communis
istorum lapidum est, quod vitra sunt
ab huiusmodi humiditate que à ci-
meribus diversis sine plumbis sine sili-
cis sine:

cis siue ferri siue alicuius alteri⁹ per
ignem fortissimum eliquatur. Hac
autem humiditas quod sit aqua ex
hoc ostenditur quod frigido coagu-
latur & sicco calido vehementer dis-
soluta liquatur. Quod autem passa
sit a sicco terreo adusto, probatur ex
eo quod non liquatur nisi ex cinere
per assationem vehementissimam,
quemadmodum diximus & in arte
vitraria qua alchimie subalterna-
tur ostenditur visibiliter, vapor enim
subtilior in terra vel in lapide a cir-
cumstante aliquando continetur &
in seipso circumvolitus madescit si-
ent sit in olla cooperta calida in qua
est aliquid aquae. Et cum sic sit hu-
mor passus vehementer a sicco & in
eo vis sicci & constans coagulatur
in lapidem. Sed hic de modo lapi-
dum generationis non est dicendum,
sed potius de lapidum materia in
communi. Vixum autem fiat frigi-
do vel

18 DE REBUS METAL.

do vel calido coagulatio ipsorum posterius ostendetur. Quod autem aqua sit huicmodi lapidis materia ostenditur etiam, quia in quibusdam locis in quibus est virtus fortis lapidum generativa aqua descendens pluiam guttatum vel aliter fusam concrescit in lapidem, patitur enim primo descendere a sicco terrestri ex natura & operatione loci & sic efficitur lapidis materia propria. Ostenditur autem & hoc ex multitudine perspicui quod est in talibus lapidis. Cum enim perspicuum aeris & ignis non sint incorruptibilia oportet necessario quod sit illa perspicuitas ex perspicuo aquae, erit igitur propria ipsorum materia de natura aquae. Quod autem quidam antiquorum lapidum materiam ostendentes dicunt, quod descendit ex aqua currente quoddam quod in fundo residet & hoc sit lapis, non approba

LIBER I.

v9

probo eo quod hoc quod ab aqua
descendie terrestris est substantia,
& ideo frequenter illi lapides qui ex
hoc generantur non aquam passam
à virtute terrestri recipiunt pro ma-
teria, sed potius terram quæ passa
est à virtutibus aquæ. Cuius signum
est quod lapides tales ut frequenter
non perspicui sunt, sed terminati &
valde dicuntur non dolabiles sed
communiibiles potius qui & silices
à vulgo vocantur. Testantur autem
maxime his quæ diæta sunt Cristal-
lus & Berillus qui aquæ glaciei om-
nino quasi formam acceperunt, de
quibus dixit Aristote. quod siue
ex aqua remoto uniuersaliter cali-
do. Sicut autem lapidum de quibus in
precedenti capitulo mentione feci-
mus, diximus materiam esse terram non
simplicem, sed passam ab humido unctu-
oso viscoso, ita & nunc de istis oportet
intelligi quod humidum simplex aqueum

non

20 DE REBUS METAL.

non potest esse materia lapidum per spicuorum, quia sicut ab aliis ostendimus tale, humidum nec constat per elixationem, nec coagulatur per calidum siccum, nec congelatur per frigidum quodcunq; propter quod necessario oportet quod ipsum sit subtilissimo terreo parum permistum & insuper à sicco terreo sit fortissime passum, ita quod virtus eius iā quasi obireat omnes partes talis humili, nec tamen adhuc transmutaverit substantiam talis humili in terram. In omni enim transmutatione elementorum talis passio praecedit transmutationem substantie quod videlicet virtus elementi transmutantis in toto obiinet & partes elementi transmutati figurantur in ipso ante transmutationem substantia, & si commisceantur sic in aliquo elementatum habebit illud elementum materiam unde elementum & alterius

LIBER I.

21

alterius elementi virtutes, & hoc
summum ingenium alchimicorum
docet Hermes in secreto secretissi-
morum suorum per verba metapho-
rica dicens: lapis suauiter cum ma-
gno ingenio ascendit à terra in cælū,
iterumque descendit à cælo in ter-
ram, nutrix eius terra est, & por-
tauit eum in ventre ventus suo. O-
pera enim alchimia intendens doce-
re dicit ascendere in cælum, quan-
do per assationem & calcinationem
eius proprietates induit ignis. Al-
chimici enim vocant calcinationem
eius adustionem & assationem ma-
teriam in puluerem reducentem,
quæ materia iterum descendit à cæ-
lo in terram quādō induit terræ vir-
tutes per inhumationem, tunc enim
per inhumationem reuinificatur &
fouetur quod prius per calcinatio-
nem fuerat mortificatum. Quod
autem dicit quod portat ventus in
ventre

22 DE REBUS METAL.

venire suo, ostendit levigationem ma-
terie ad aëris virientes, & propter
hoc dicit ventum in ventre suo por-
tare materiam quando materia po-
nitur in alembico quod est vas tali-
ter factū sicut in quo sit aqua rosata,
tunc enim euaporando subtiliatur &
levigatur ad aëris virientes, propter
hoc dicit ventum in ventre suo por-
tare materiam. Distillat autem ul-
tra ab ore alembici existēs aquā vel
olei liquo, r̄cum omnibus virtutibus
elementorum. Et hoc quidem ope-
ratur ars cum labore & erroribus
multis, natura autem sine difficul-
tate & labore. Cuius caussa est quia
virtutibus caelestibus ceris & effi-
cacibus mouentur virtutes in mate-
ria lapidum & metallorum exis-
tentes quando materia operatur, et illæ
virtutes sunt intelligentiarum ope-
rations quæ non errant nisi per ac-
cidens ex inéqualitate scilicet mate-

riæ.

23 DE REBUS METAL.

rie. In arte aut nihil est horum sed
potius medicata suffragia ingenij &
ignis. Ex his aut igitur ostenditur
quod sine terra sine aqua dicatur
materia lapidū oportet quod ipsa sit
passa valde à qualitatibus aliorum
elementorum. Hęc igitur de mate-
ria lāpidum in communi dicta sunt.

De caussa generatiua secun-
dum diuersas opiniones
philosophorū. Cap. 3.

CAUSSA VERÒ EFFICIENS LAPIDUM
ab omnibus ferè qui sermonē
de lapidibus fecerunt, dicitur
esse virtus mineralis. Cum aut hęc
virtus communis sit tam in Lapidib⁹
quam in metallis omnibus operan⁹
insufficienter videbitur esse assigna-
ta caussa lapidū efficiens, cum ne-
que distinctione neque specificatio-
ne certificatum sit ab eis qualis sic
ea quam dicunt esse virtutem
mine-

24 DE REBUS METAL.
mitheralem. Nec aliquid ab Auicē
na inuenitur plus nisi quod per vir-
tutem mineralē lapides ex terra &
aqua generentur. Hermes autē in li-
bro quē de uniuersali virtute scribit
dicere videtur, causam generatiā
lapidum esse virtutem quandā, quā
vnā dicit esse in omnibus, sed pro-
pter diuersitatem rerum generata-
rū diuersa sortiri vocabula. Exem-
plum ponens de lumine solis quod so-
lum omnium est generatum et cū
participatur non per vnā sōlā passi-
norū potestate diuersa operatur in
eis. Placuit autē sibi hanc virtutem
primo quidē dare marti sicut fontis
virtutis illius, sed tantū variari se-
cundū pportionem applicationis lu-
minis aliarū stellarū, et materia su-
scipientis ipsā sicut diximus et exin-
de diuersa genera lapidū et metallo-
rum in diuersis locis generari, q̄ di-
stū omnino innaturale est, eo quod
hic

LIBER. I.

23

bic non querimus caussas agentes &
mouentes primas, quae forte sunt stel-
lae & stellarum virtutes et dispositio-
nes, hoc enim alterius scientiae propri-
um est: sed querimus caussas efficiē-
tes proximas qua in materia existētes,
materiam transmutant. Si enim
conueniens esset dictum Hermetis,
iam scita causa generationis lapidū,
omnium generabilium sciremus causam
efficientem. Scimus enim motū
& virtutem cælestium caussam esse,
aliam à natura ortum & occasum
siderum, & radios eorum. Adhuc
autem caussæ istæ sunt equinoçè agen-
entes, & nihil communionis cum
materia generabilium habētes. Nos
autem secundum proprietatem na-
turalis scientie, caussas querimus su-
is effectibus proprias & maximè ma-
teriam & uniuocè transmutantem:
propter hoc enim Empedocles satis
posterior Hermete confirmauit lapi-

B - des

26 DE REBUS METAL.

des calido v̄stiuo generari assertioñē
sumēs ex antiqua fabula de Tira et
Deucalione dicta, in qua lapides
magnae matris ossa dicūtur. Ossa, sc̄-
cundū Empedocle, maximē ex vul-
cani partibus componuntur, sed, hoc
falsum est omnino, cum nos sciamus,
& infra erit ostēsum, quosdam lapi-
des ex frigido generari. Iā enim, in
libro metheororū diximus, quod ea
quorum materia est aqua, præcipue
frigido coagulantur. Amplius autē
nō benē sē habet dictū Empedoclis,
quoniam iam in secūdo de anima ostē-
dimus, calidū elemētū v̄stiuū esse in
cineres, & non consumit ad determi-
natā specie. nisi aliqua moueatur vir-
tute alia, & ab ipsa ad specie diriga-
tur, sicut calor digestius motus ab
anima, cōuertit hoc q̄ trāsmutat ad
specie carnis, et nerui, & ossis, et simi-
lium partiū animati corporis. Demo-
critus autē & qdā alijs, omne elemē-
tatum

LIBER I.

27

tatum dicunt habere animas, & ipsas esse caussas generationis lapidū, propter q̄ dicit animā esse in lapide, sicut in quolibet alio semine generandærei, et ipsā mouere calorē intrinsecū materiæ in lapidis generatione, eo modo quo mouetur malleus à fabro ad securis, et ferræ generatioem. Hæc autē stare nō posse alibi ostendimus. Anima enim nō in sensibilibus, sed vegetabilibus primū inuenitur: nullā enim habet lapides operationē animæ congruentē, cum nec alimēto, neq; sensu vitianiur, nec omnino vita secundū aliquem actum vite. Dicere autem propter solam generationē animam esse in lapidibus, non bene se habet, eò q̄ generatio nō est secundum generationē animatorū vegetabilū et animalū sensibiliū. Hæc enim omnia videmus ex seminib⁹ suis pferre suæ speciei generata, lapis autē nihil horū facit omnino. Sed nec videmus

B 2

omni-

26 DE REBUS METAL.

omnino lapides ex lapidibus generari, sed videmus unumquemq; lapidem generari ex causa aliqua, quae in loco sua est generationis: propter quod lapis virtutem generatiuam nullam videtur omnino habere. Quidam autem ex his qui nostro tempore in alchimicis studuerunt, dicere omnino videntur, omnem lapidem per accidens generari, & non esse causam propriam aliam sue generationis. Dicunt enim calidū, igneum, in quo cunque loco inuenitur, materiam artam assando in lapidem convertere: sicut fit in lapide cocto p assationem ignis. Et dicuntur isti lapides non habere proprium aliquod generatiū, sed principiū materiale solum. Adhuc autē nō habere lapides formam aliquam secundum speciem, sed passiones quasdam materiæ, sicut duritatem habere pro forma: quemadmodū in lib. metheororū, determinatū est.

LIBER. I.

27

est. Coagulatio, et coagulationis effe-
ctus, species, et passiones matèriæ sūt,
& nō formæ substanciales. Persuadet
autem & hi, sententia hanc ex ope-
tionibus alchimicorū, quæ omnes cali-
do assatio videntur fieri & generari
lapides, et metella, uno tali effectu:
eo quod non oportet effectum pro-
priū habere in naturā, quam habet ad
speciem substantialē deducitur,
propter ipsius speciei parentiam &
descendit. His autem in tolerabilis
sequitur error, quod videlicet omnis
lapis cum omni lapide eiusdem sit
speciei: sed differunt secundum ma-
gis & minus in illa specie materiali.
Omnes enim coagulationem & effe-
ctum eiusdem duritiem pro specie-
bus secundum hos acciperunt. Quod
autem hoc falso sit diuersè versorū
lapidum virtutes ostendunt, & ope-
rationes: quæ omnino lapidum speci-
es diuersas consequuntur Amplius

B 3 na-

30 DE REBUS METAL.

autē oportet lapides in eadem specie
esse cū metallis, q̄ eadem generatione
coagulationē & duriciē p̄ speciebus
aceperunt. Adhuc autem si nō effet
efficiēs cauſa lapidū, niſi calidū ex-
ſiccatiū, tunc omnis lapis ſoluere-
tur per humidū frigidum, ſicut pro-
bauimus in quarto metheo. quod nō
videmus contingere. Iſtæ ergo ſunt
ſententiæ per errorem dictæ ab anti-
quis de cauſa lapidum generatiua.

De cauſa effectiua lapidū
ſecūdum veram ſentētiā,
& de proprio instrumento
ipſius. Cap. 4.

Nos autē ex omnibus hiſ ſen-
tentia veram colligentes, di-
cimus cauſam veriſimilem
generatiua effe, virtutem mineralēm
lapidis formatiū. Virtus enim mi-
neralis, quædam communis virtus
eft, efficiens et lapides, & metallā, &
ea

ea, quæ sunt media inter hæc. Et ideo addimus quod sit lapidis formativa, ut efficiatur lapidi propria: & quia propria nomina huīus virtutis non habemus, ideo per similia oportet declarare, quæ sit illa virtus. Dicamus igitur, qđ, sicut in semine animalis, quod est superfluum nutrimenti, descendit à vasis seminarijs vis formativa animalis, quæ format & efficit animal & est in semine per modum illum, quo artifex est in artificiato: quod facit per artem: sic est etiā in materia aptata lapidibus virtus formans, & efficiens lapides, & producens ad formam lapidis huīus vel illius. Expressius autem hoc potest videri in gūmis quæ distillant ex arboribus: illas enim videmus esse humidum vehementer passum a sicco terrestri, et ideo coagulari à frigido quæ quando manet in arbore non distillante, vis arboris generat ea in

B & ligna.

ligna, & folia, et fructus, per omnem
aut eundem modum sit, quod cum
materia sicca passi ab humido un-
ctuoso, vel materia humidi passi apta
tur lapidi à sicco terrestri: et genera-
tur in ipsa ex virtute stellarum &
loci, sicut infrà ostēdetur, virtus for-
mativa lapidum: sicut generatur in
semine à testiculis, quādo semen fuc-
rit attractum ad vasā seminaria, &
in unaquaque materia secundum
speciem, propria virtus. Et hoc est qđ
dixit Plato: quōd secundum merita
materiæ infunduntur virtutes cœle-
stes, quæ res naturæ operantur. Sicut
autem in physicis libris ostendimus,
omnis virtus formans, & faciēs ali-
quid ad formam speciei, habet instru-
mētum proprium, quo sua facit ope-
ra, & producit: ideo & hæc virtus in
materiæ propria lapidū existens, ha-
bet duo instrumēta secundum natu-
ræ diuersitatem: unum, quidem est
cali-

calidum humidi extraetium, digestuum, inducens coagulationem ad formam lapidis in terrestri, qd^d passum est ab humido vntuoso: & hoc calidum dirigitur in opera, virtute formativa, qnemadmodum dirigitur calidū, quod digerit & transmutat semē animalis à virtute formativa, quæ est in semine: aliter enim, absque dñbō, illud calidum si esset excellens, incineraret materiam: aut si nō esset sufficiens relinquere tam indigestam, et ad formam lapidis incongruam. Alterum autem instrumentum est in materia humidi aquei, qd^d passum est à sicco terrestri, & hoc est frigidum humidi non tantum constrictium, sicut in metallis sit, sed quod sit etiam humidi expressum, hoc enim vehementissimè indurat et coagulat. Et quia humidum omnino exprimit intantum quod non remanet in materia nisi secundum solam

B s con-

34 DE REBUS METAL.

cōtinuationē, ideo tales lapides nullo modo calido secco possunt liquari. Et hoc est quod dicit Aristot. q̄ cristal lus generatur ex aqua remoto universuliter calido. Cuius signum, est quod operationes alchimistæ deficiunt in liquestib⁹ sine alterius materia humida appositiōe. Patet etiā quare difficiles & imperfecte præcipue in lapidis factura plusquam in metallorū factura, sunt operationes alchimicorū. Et hoc ideo est, quia virtutem formatiua non dant materie, sed ars incerta est ei: pro formatiua, & calidum ustuum est eis pro instrumento, & hoc incertissime operatur, virtus autem à calo data, loco & materie, quæ formatiua vocatur, est certa, & materia instrumento, & instrumentum materie habet convenienter proportionata: & ideo certissima est natura in operationibus suis. Est etiā et aliud notandum de isto instru

instrumento, quoniam licet frigiditas
nullo modo sit operas ad vitam in his q̄
sunt animata, tamē operatur ad la-
pides, eō quod mineralia proxima
sunt elementis, & elementa secundū
parum in ipsis materiis transmutā-
tur, ppter quod etiā in eis qualitates
elementorum remanēt parū alteratae.

De forma substantiali lapi-
dum. Cap. 5.

DE formis autē, quae sunt sub-
stantiales lapidum, dubitare
de elemētis esse videtur: quoniam
visus certificat de his, q̄ coagulati
sunt omnes, et materia, in ipsis ad spe-
ciam certā est determinata. Si enim
esset dispositiones elemētorū, tantum
secundū qđ sunt, in transmutatione
ad se inuicē, vel ad alia, sicut sunt nu-
bes, et pluviae, et nix, absq; dubio non
diu permanerēt: sic nec ista, sed post
modicū resoluerentur ad elementa.
Et nos omnino contrarium, huius

34 DE REBUS MATAL.

videmus accidere in lapidum natu-
ris. Amplius autem virtutes lapi-
dum inuenimus, quæ non sunt alicu-
ius elementi: sicut fugare venenum,
pellere antraces, attrahere vel pelle-
re ferrum: de quibus, ut infra probabi-
tur, communis est sententia omnium
sapientum, quod hæc virtus est sequela
speciei, & formæ lapidis huius, vel
istius. Constat igitur ex his, formas
habere lapides & species determina-
tas: hæc autem formæ non sunt animæ,
ut quibusdam visum est, antiquorum:
Quoniam, sicut in libro de anima
ostendimus, & in principio physicoru-
m patuit: anima non operatur unum-
tantum, sed multa quidem per se, &
non secundum accidens: natura au-
tem lapidis non operatur, nisi unum:
& quod operatur, de necessitate ope-
ratur, quod non facit anima. Adhuc
autem primum opus animæ, est vita:
hoc autem secundum nullam sui diffe-
ren-

rentiam inuenitur in lapide. Si enim
alimento vteretur, oporteret ipsum
poros, & vias habere, per quos alimē-
tum mergeretur in ipsum. Et hoc fal-
sum esse, ostendit apsa duricies eius,
& compactio lapidum multorum,
qua non permittunt ipsum diuidi, &
aperiri in alimēti susceptione. Adhuc
autē, si alimēto vteretur, oporteret ha-
bere aliquā partem, qua primō alimē-
tum traheret, sicut sunt radices in
plantis, & os in sentientibus: horum
autem nihil videmus in lapidibus.
Nec est conuenienter dictum, quod
lapidis anima sit oppressa à terre-
streitate: & ideo nō posse exercere vi-
tam & sensum, sicut dixerunt multi
physiologorum: quoniam secundum
hoc desiceret natura in necessarijs nō
dando lapidi organa, quibus suas ne-
cessarias explicaret operationes: la-
pides igitur animas non habent, sed
alias formas substanciales, virtutibus

38 DE REBUS MATAL.

caelestibus & propriè elemorum cōmitioni dat. is. Sunt autē hæ formæ, secundum plurimum innominae, sed tamen differentia earū innitūtur diuersis nominibus lapidū: cum vocatur Tophus, pumices, silices, marmor, saphirus, smaragdus, & huiusmodi, quæ cū nobis occultas sunt, ideo propria diffinientia lapidum nō habemus, nisi circumloquendo accipiendo accidentia, et signa loca diffinentium. Sed hæc scimus, cū sint diuer sitates corporis mobilis & trāsmutabilis simpliciter, et cōmīstū, qđ lapis est de genere mistorū. Cum autē mistum diuidatur in mistū tantū, et in mistum complexionatum: scimus lapidē esse in genere mistorum nō complexionatorū. Et tūc ex omnibus dicitis cōgrātes, dicimus lapidē esse mistum nō cōplexionatū virtute mineraliū, ad formā coagulatū. Ex qbus vlierius manifestū est, lapidē magis esse

esse homogeneæ naturæ, q̄ habetē vitram: scilicet in ipso essentialiter sint elemētorū naturæ diuersæ: ppter q̄ etiā de lapidibus sciētia, sciētiæ cōplexionatorū est anteponēda. Sunt autē multæ lapidum formæ, sicut in genere marmoris porphiricū, alabastrū et huiusmodi. Similiter autē est et in alijs generibus lapidum, de quibus pſeo qui non pdest, q̄a formæ eorū ex accidentibus corporis et duritiei manifestabuntur inferius: hæc enim accidentia sunt eis ppria, & scitis ipsis, natura eorū est satis manifesta. De fine autē querendum nō est, q̄a forma in physicis est finis: et ideo tum nos unūquodq; scire existimem⁹, quādo cognoscim⁹ causas eius essentiales & pprias, in communiam esse, uniuersaliter scita lapidum natura. Verum tamē q̄a locus generationis est principiū, sicut in ante habitis determinatū est, et nos cū his q̄ dicta sūt cognoscere de loco lapidū generationis.

38 DE REBUS METAL.
eò quòd locus aliqua causa efficiens
est lapidis, cui primum datur virtus
formativa lapidis.

De commemoratione loco
rum in quibus genera-
tur lapides.

Cap. 6.

Faciamus igitur mentionem lo-
corum, in quibus aut semper,
aut frequenter generantur la-
pides, et inquiramus de virtute loco-
rum et differentijs eorum. Videmus
autem quod in ripis aquarum per-
petuarum, multi inueniuntur lapi-
des, et cognoscimus per hoc quia ripa
quarundam aquarum, sunt loca ge-
nerantia lapides. Differunt autem
huiusmodi ripae, eò quòd quedam ve-
locius, quedam tardius, lapides pro-
ducunt. In quibusdam enim locis ri-
parū fluminis, qđ dicitur Gion, lapi-
des in spacio .33. annorū generantur:

ut

ut testatur Auicēna, & quidam
ali⁹ philosophorum. Non tamen
omnis aqua, lapidum in ripis suis est
generatina: quoniam aqua terrae cor-
ruptae paludosā potius corrūpit, quā
generat lapides. Sicut videmus in
quibusdam partibus, in quibus licet
loca aquosa sint, non tamen ut mul-
tum generant lapides. Amplius au-
tem montes inuenimus frequenter
lapideos, ex quo cognoscim⁹, quod in
locis montunſis est locus generationis
lapidū, montes tamē aliquando sine
lapidibus inuenimus, sed illi, ut fre-
quenter nec magniſunt, nec alijs ſo-
ciati montibus, sed ſolitarij inueniun-
tur: ita quod forte unus ſolus eſt, vel
ut multum, duo, vel tres. Quotiescū-
que autem multi ſibi montes affocian-
tur, tunc lapidei montes inueniuntur:
& lapidei montes multi etiā aliquā-
do in terra plana ſolidæ superficie:
nec hoc fieri poteſt ubiq⁹, & illa loca
ſnt

42 DE REBUS METAL.

sunt lapidū generatina. Adhuc autē frequētissimē in aq̄s generātur lapi-
des, qđ etiā dici nō potest, nī si q̄ ille
sit locus generationis lapidum. Cuius
signū est, q̄a sunt quedā aquæ ex qui-
bus generantur lapides quando fun-
duntur sup̄ ripas suas in q̄bus manēt:
Et si sup̄ aliū locum infundātur, non
generātur lapides ex eis. Expertum
est enim in locis Pyrenæis esse loca q̄-
dam in q̄bus aquæ pluviæ cōvertū
tur in lapides, q̄ si alibi fundātur, re-
manet aquæ nō transmutata. Simili-
ter autē ligna iacētia in q̄bus dā aq̄s
et maribus, cōvertuntur in lapides, et
retinēt figurā lignorum. Et aliquan-
do natæ plātæ in aq̄s, et maribus illis,
ita sunt vicinæ lapidū naturis, q̄ ad
modicum exsiccatæ in aëre, lapidum
formā assūmunt. Et huius signum est
lapis q̄ dicitur Corallus, q̄ absḡ, du-
bio de lignis generatur, et plātis. Ali-
quando enim tempore nostro in mari
dani-

dunico iuxta ciuitatem Lubecensem,
inuentus est ramus magnus arboris,
in quo erat nidus avium, et aues paruae
in nido, et conuersae in lapides erant par
uos in nido, parum declinantes ad rube
dinem: quod aliter esse non potuit nisi quia
pccellis vel undiscernib; arbor, tempore
quo in ea fuit nidos, & aues in aqua
cecederunt, et postea per virtutem loci,
in quo iacebat, in lapidem uniuersa
conuersa sunt. Est autem fons in Go
thia, de quo verissime traditur, quod
omnia que merguntur in ipsum, in lapi
dem conuertit, in tantum, quod ad eum
misit Imperator Frederic⁹ chirothe
cam sigillatam ut probaret veritatem,
qua cum per aliquot dies medietas co
rii, & medietas sigilli, mersa esset in
fonte: medietas corii, et medietas sigil
li, conuersa sunt in lapide, altera me
diate corio manente. Refertur &
veraciter a fide dignis, quod guttae que ex
impe-

42 DE REBUS METAL.

impetu casus eiusdem fontis sparguntur super ripam fontis, conuertuntur in lapides, earum quantitatem habentes: cum tamen aqua quae sic fluit non conuertatur in lapidem, sed fluit continuè. Videlicet etiam oculis generari Cristallos in montibus altissimis, quisunt perpetuarum niuum, quod iterum esse non potest, nisi per virtutem mineralium, quae est in locis illis. Ex quibus omnibus videtur non posse certum aliquid traducere de loco generationis lapidum, cum nec in uno tantum elemendo, sed in pluribus, nec etiam in uno tantum climate, sed in omnibus generetur. Et quod his mirabilibus videtur, corporibus animalium generatur, et in nubibus: quae omnia loca, difficile videtur valde ad unam materiam in communi reducere: cum tamen hoc sit necessarium, eo quod non dubitamus eiusmodi corporis miseri secundum genus, etiam unum secun-

secundum genus esse, generatum.
Oportet enim quod omnium genera
torum sit locus aliquis sue generatio
nis, extra quem corruptuntur &
destruuntur.

Redditur causa quare quæ
dam loca generant lapi
des & quædam non.

Cap. 7.

VNAM ergo virtutem in om
nibus his locis inuestigare
volentes, renocemus ad me
moriā ea, quæ in ante habitis libris
sciētæ naturalis determinata sunt:
quod videlicet stellæ quantitate, &
lumine, & situ, & motu, mouent, &
& ordinant mundum, secundū om
nen materiam, & locum generabi
lium, & corruptibilium. Virtus au
tem sic determinata stellis, infundi
tur loco generationis unīcuique rei,
eo modo, quo in naturis locorum de
termi-

46 DE REBUS METAL.
terminatum est.

Hæc enim virtus, & elemēti et elemētari omnis, est p̄ductua et generativa. Et est ista virtus, locis ex tribus virtutibus cōgregata: quarū una est virtus motoris orbis moti. Secunda est virtus orbis moti cū omnibus partibus suis, & figuris partium, que resultat ex situ partiū diuersimodè se respicientium, ppter multimoda motorum velocitatem, & tarditatē. Tertia autem est virtus elemētaris, que est calidum, frigidum, humidū, & siccum, vel cōmīstum ex his. Est autem prima harum virtutū, ut forma diriges, & formans omne qđ generatur, sicut virtus artis, ad materiam artificiati se habet. Et secunda est sicut operatio manus. Et tertia sicut operatio instrumēti, quod manu mouetur, et dirigitur usq; ad finē inceptū ab artifice. Et ideo dicit Artisto, qđ omne opus naturæ, est opus intelligenti-

LIBER. I.

47

elligentiae: locus enim recipit has vir-
tutes, sicut matrix recipit virtutem
formatiuam embrionis. Hac igitur
virtus determinata, ad lapidū gene-
rationem in materia terrestri, vel
aquea est: in qua conueniunt omnia
loca in quibus lapides generantur. Si
cut enim in animalibus, quae ex pu-
trefactione generantur, infunditur
virtus vivificativa ex stellis: sic fit
etiam in lapidum materia, quod in-
funditur per dictum modum virtus
lapidū formativa. In quo cung³ igi-
tur loco terra vinctuosa per vaporem
in se reflexum cōmiseretur, vel in quo
terra vires apprehendit naturam
aque, et trahit ipsam ad siccitatem,
& inclinant vehementer: ibi pro-
certo est locus generationis lapidum,
propter quod terræ solidæ superficie,
ex qua vapor talis exspirare non
potest, lapides moltos generant.
In terra autem molli carulenta
qua

46 DE REBUS METAL.
qua^e potius inficit aquam, quam
apprehendit ipsam, in suis proprietu-
tibus lapides generari non possunt. Et
hac est cauſsa, quare in ripis perpe-
tuorum fluminum, multi generantur
lapides: tales enim ripae solidissima-
sunt, claudentes in ſe vapores eleua-
tos. Sunt enim vaporosæ ripæ illæ eò q̄
calor ex reflectiōe ſui luminis, ſuper
aquaſ excitatus, frigiditate aqua re-
pellit ad littus, & in partib⁹ terra in-
uiſcatus, terram aqua cōmiftam de-
coquit & indurat. Ex eadem verò
cauſſa fundus fluuiorū, taliū lapido-
ſus efficitur, eò quod calor in littori-
bus, in terris ſub aqua penetrat, &
cum aqua replet undique poros, qui-
bus evaporare poſſet, ſimul commiſ-
ſet & decoquit quod commiſtū eſt
in lapidibus, proprie quā cauſſam
talia loca lapidum ſunt generatiua.
Est autem quarundam aquarum
fluxus, per virtutes minerales fortif-
muis,

rias imbibuntur ipsis mineralibus, et
ideo, & qua, & ea quae sunt mersa in
ipsis, cōvertūtur in lapides, citius &
tardius, secundum quod conforta-
tur & debilitatur virtus lapidum,
formativa, et factiua. Causa autem
quare aqua dinisa iuxtaripā à fon-
te fusa, citius in lapidem cōvertitur,
quam ipsa aqua fluens à fonte, et flu-
mine, vel mari, est: quia virtus illa,
citius vincit paruum et diuisum, quam
multum indiuisum: sicut est in omni
virtute aliquid conuertente: omnis
enim talis virtus, citius conuerit
ipsum paruum, quam magnum. Quod
autem eadem aqua in aliquo loco
fusa, in lapidem nō conuertatur, ideo
sit, quia cum est extra locum minera-
lem evaporat & corruptitur, sicut
et omnis alia res corruptitur, extra
locum suę generationis. Quod autem
aqua in se accipiat & imbuatur tali
virtute, probatur per alia aquae acci-

C dentia:

50 DE REBUS METAL.

detia, sicut est sapor sulphuris, et au-
ripigmenti, vel amoritudo. Hos enim
sapores non contrahit aqua, nisi ex lo-
cis per quae transit. Eodem enim mo-
do fit, quod virtus mineralis cū ma-
teria vaporosa lapidis, trahitur ab
aqua; & aqua tota inficitur tali spi-
ritu & vapore, & cū vincere potest
aqua, cōuertit eā in lapidē. Cuius ta-
men cōuertit magis terrestria, sicut
ligna, & plantas, & animalium cor-
pora, vel aliquod huiusmodi: eo quod
hac aqua immersa à tali virtute ap-
prehenduntur, & trahuntur ad ter-
restrem naturam, lapidis materia
cōuenientem, quam exsiccat, coagili-
at, & ad spiciem ducit vis minera-
lis, vaporabiliter in aqua diffusa. In
montibus altissimis frigiditas est per-
petua, qua eē excellens: cuius causa
patefacta est in libro metheororum;
qua frigiditas exprimēdo humidū,
apprehendit aquam à nimibus con-

con-

congelatam, & inducit in ea proprie-
tatem siccii, sicut est natura frigidita-
tis excellentis, & ex illo siccо coagu-
lat glaciem in cristallum, vel alium
lapidem perspicuum. Et per hunc mo-
dum satis plantum est, scire loca genera-
tionis lapidum, & convenientiam
& differentiam eorumdem.

De virtute loci qualiter o-
peratur in natura lapidum.

Capit. 8.

Remanet autem quoddam
quod declarat intellectus eo-
rum omnium, q̄ dicta sunt. Ee
est hoc quod determinemus qualiter
virtus unius apprehendit substantia-
m alterius, & ipsam ad se cōuerit.
Hoc autē scitur ex his, quae diximus
de elemētorum ad inicem trāsmu-
tatione. Cum enim terra ad se con-
uerit aquam, primò virtutes ter-
raintrant substantiam & alterant,

C a eam

DE REBUS METAL. 50

eam, & aquæ quasi dominantes te-
net eam, & tunc incipit aqua staro
& terminari, & tamen adhuc per-
spicuitatem non amittit, et tunc dein
de corrumpitur, & trāſit in terram,
& accipit terræ qualitates quæ sunt
opacum siccum. Similiter est etiam
de alijs elementis transmutatis ad
alia. Omnino enim est simile de vir-
tutibus mistorū, sicut patet in succo
plantarum & cibo animaliū. In his
enim virtutes animatorum primo al-
terant, & postea quasi apprehensam
tenent materiam, & postea conuer-
tunt in partem corporis quod nutri-
tur. Et per omnem eundem modum
est de virtute lapidificativa, cū dis-
funditur in aliquo loco, sine sit aqua,
sine terra, materiam quam tāgit pri-
mo alterat, & postea dominans eius-
dem, tenet eā, et postquam tenuerit
et vicerit, conuerit eam in lapidem.
Fit autem hæc operatio tribus modis

LIBER I.

51

in genere, licet in numero modi eius
sunt infiniti. Quorum unus est, quod
virtus apprehendens materiam al-
terat ipsam solum secundum qualita-
tes actinam & passionem, quibus ope-
ratur in ea, & haec est virtus debilis.
Secundo autem modo fit, quod alte-
rat eam, tam secundum qualitates, q.
etiam secundum proximos effectus
illarum qualitatū, qui sunt duricies
& mollicies, ita quod diaphanitas et
opacitas à materia non remouentur:
& haec est virtus fortior, & hoc mo-
do generantur lapides diaphani. Ter-
tio autē modo fit, quod totam materi-
am apprehendit, tam secundū proxi-
mos effectus, quam etiam secundum
cōsequentes, & tunc qualitates indu-
cit & duriciem, & molliciem, & co-
lorem illius materiae proprium per-
mutat. Et isto modo etiam ex aqua
aliquādo generantur lapides nō dia-
phani, vel non ad plenum diaphani,

C 3 sicut

54 DE REBUS MATAL.

sicut est calcedonius, et ille q. dicitur
lapis buffonis, & alij quidē lapides.
Sunt autem in omnibus his modis
gradus multi, de quibus inferius mē-
tio habebitur, cūm de lapidibus p̄tio-
nis agetur. Huius autem exemplum
est, quod aliquādo vis terrestris qua
operatur frigido humidum compri-
mente, & sicco, sic operatur in aquā,
quòd solum, in ea remanet virtute
huiusmodi frigidī & viriūte huius-
modi sicci. Et tunc loca in tali aqua
exsiccantur vehementer & infri-
gantur, & tales aquas qua virtute
et nō aētu habent qualitates diuersō
rum elementorū, supra modum stu-
dent facere alchimici, ut p̄ eas exsic-
cent, et coagulent hoc, q. volūt trans-
mutare: propter hanc cauſam habet
libros de septem, aquis conscriptos.
Aliquando autem vis terrea appre-
hendit aquam, ita quod frigidum-
iam exprimit humidum, & siccum
termi-

terminat materiam in seipsa manente aquæ transparentia. Peruietas enim aquæ non conuenit eidem, in quantum est frigidum vel humidum, vel utramque habens qualitatem; sed in quantum conuenit cum cœlesti corpore: & ideo conuenit substantia aquæ ante qualitates actinas, & passim secundum naturam: eo quod communior est elementis quam aliqua qualitatum actinarum et passinarum. Et cum sic operatur terra frigiditas & siccitas, inducentur necessario proximi effectus earum in aquam: que sunt duricies & coagulationes, & tunc fit lapis pernivus. Aliando autem vincit amplius inducendo substantiam aquæ ad opacitatem & naturam terræ. Et tunc ex aqua fit lapis opacus et forte nigerrimus, sicut sunt lapilli quidam abundantier in ripis fluminorum inuenti, qui tamen aliquando ex materia terrestri gerentur, sicut inferius ostendemus. Si-

156 DE REBUS MATAL.

Sicut autem diximus de terra, sic intelligendum est fieri de qualitatibus omnium elementorum, & adiudicandum quod virtus elementi sit materialis, & virtus cœlestis instrumentalis, & formalis sit virtus motoris, & quod ex omnibus resultat, est virtus infusa materiae & loco lapidum, sicut satis in antehabitis dictum est.

De caussis ergo ex quibus lapidum generatio in communione cognoscitur, satis hoc modo sit determinatum.

IN